



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Industriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Industria XIII. Recenset Attributa, Proprietates & Perfectiones Dei,
docétque modum, illas cum fructu expendendi,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

Praxis prædictæ industriae per diem adhibenda, in ipsis industria verbis antè jam fuit expressa, neque alia re opus est, quam ut manum applices operari, Domini DE lauxilium invocando, &c.

INDUSTRIA XIII.

De attributis & proprietatibus Domini DEI desumptis ex Sacra Scriptura.

Prima Classis.

De natura ipsius DEI.

Exod. 3. Actus purissimus.

1. ad Tim. 1. Beatus.

Luce. 18. Solus bonus & Summus.

K Psalm.

<i>Psal.</i> 49.	Speciosissimus.
<i>Exod.</i> 3.	Esse à seipso.
<i>Iob.</i> 9.	Fortissimus.
<i>Dan.</i> 3.	Gloriosus.
<i>1. Tim.</i> 6.	Immortalis.
<i>Ad Hebr.</i> 7.	Innocens.
<i>Isa.</i> 57.	Suprema Maiestat.
<i>Psal.</i> 101.	Nobilissimus.
<i>Tob.</i> 13.	Omnipotens.
<i>Coloss.</i> 1.	Omnis res.
<i>Exod.</i> 33.	Omne bonum.
<i>Matth.</i> 5.	Perfectissimus.
<i>Abacuc.</i> 1.	Purissimus.
<i>Psal.</i> 91.	Rectissimus.
<i>Rom.</i> 10.	Ditissimus.
<i>Isa.</i> 6.	Sanctissimus.
<i>Heb.</i> 4.	Sapientissimus.
<i>Sap.</i> 7.	Simplicissimus.
<i>Ioan.</i> 4.	Spiritualis.

Joan. 14. Veritas.
Psalm. 79. Virtus Summa.
Dem. 6. Unicus.

Secunda Classis.

De Quasi-circumstantijs

DEI.

Psalm. 56. Altissimus.
Psalm. 89. Aternus.
Isa. 57. Excelsus.
Baruch. 3. Infinitus.
Ierem. 23. Immensus.
Malach. 3. Immutabilis.
Iob. 36. Incorruptibilis.
Ierem. 32. Incōprehensibilis.
Prov. 30. Ineffabilis.
1. Tim. 1. Invisibilis.
Iob. 36. Incomparabilis.
Psalm. 94. Maximus.

K 2

Iob. 1

Iob. 11. Sublimis.
Ierem. 10. Sempiternus.
Ierem. 10. Semper vivens.

Tertia Classis.

Deijs, quæ DEI in nos
 clarant beneficia.

Sap. 11. Conservator.
Eccl. 18. Creator.
Sap. 9. Factor.
1. Reg. 2. Glorificator.
Psalms. 87. Liberator.
Psalms. 2. Noster totus.
Isa. 41. Principium.
Ioan. 3. Redemptor.
Hebr. 11. Remunerator.
Rom. 3. Sanctificator.
Osea. 13. Salvator.
2. Cor. 1. Suscitor.

Ioan. 14. Vita.
 Exod. 34. Vltor.
 Ierem. 51. Zelator.

Quarta Classis.

De Virtutibus DE I erga nos.

Prov. 8. Affabilis.
 Sap. 11. Amantissimus.
 Apoc. 13. Benignus & pius.
 Act. 13. Beneficentissimus.
 Isa. 4. Clementissimus.
 Malach. 3. Constantissimus.
 Psalm 39. Diligentissimus.
 Rom. 8. De nostro tantum
 lucro sollicitus.
 Psalm. 30. Dulcissimus.
 2. Tim 9. Fidelissimus.

K3

Genes.

Genes. 15. Finis. Beatitudo,
Merces.

Psalms. 10. Iustissimus.

2. Petri. 3. Longanimis.

Id ibidem. Magnanimus.

Psalms. 85. Misericordissimus.

Eccl. 43. Magnificentissimus.

Jerem. 7. Mansuetus.

Psalms. 144. Patientissimus.

Sapien. 12. Pax & pacificans.

Jerem. 51. Prudentissimus.

Sapien. 14. Providentissimus.

Jacob. 1. Summa liberalitas.

Psalms. 144. Suavissimus.

Rom. 3. Veracissimus.

Quinta Classis.

De varijs officijs, quæ Deo
erga nos exercet.

Psalms

- Psalms. 69. Adiutor.
- Ioan. 15. Amicus fidelis.
- Psalms. 47. Conductor.
- Thren. 1. Consolator.
- Mich. 4. Consiliarius.
- Psalms. 16. Custos.
- Judith. 6. Defensor.
- Eccl. 15. Doctor.
- Deut. 32. Dux & antesignan⁹
- Ioan. 13. Exemplar.
- Ierem. 2. Fons purissimus.
- Matth. 23. Gallina sollicita.
- Psalms. 49. Iudex.
- Iob. 36. Legislator.
- Ioan. 1. Lux.
- Ioan. 13. Magister.
- Sapient. 11. Medicus.
- Isa. 49. Mater.
- Isa. 66. Nutrix.

K 4

Matth.

Matth. 23. Pater optimus.

Matth. 23. Pastor.

Hebr. 46. Pontifex.

Genes. 15. Protector.

Apoc. 19. Rex Regum.

Psalms. 30. Refugium.

Esther. 13. Dominus absolutus.

Malach. 4. Sol Iustitiæ.

Osea. 2. Sponsus amantissimus.

Sapient. 10. Tutor.

Ioan. 15. Vitis vera.

Sexta Classis.

De Dignitate Domini

DEI.

Psalms. 71. Adorabilis.

Deut. 10. Amabilis.

Psalms. 92. Admirabilis.

Psalms.

Psalm. 92. Auctoritas suprema.

Marc. 14. Benedictus.

Psalm. 91. Delectabilis.

Cant. 5. Desiderabilis.

Psalm. 45. Laudabilis.

Psalm. 101. Reverentiâ dignus

Psalm. 9. Sperabilis.

Psalm. 75. Terribilis.

PRAXIS PER DIEM

PRaxis prima versabitur circa modum meditando, cum fructu, precedentia attributa, ut concipiatur scilicet magna de DEO existimatio, & amor erga illum.

Primò considera perfectionem per unum aliquod ex supra positis nominibus significatam, verè &

K S reali-

realiter in Domino DEO reperiri

Ex: gr: perfectionem per nomen
Sapiens, significatam, non per
imaginationem nostram, (quâ
pe aliquem doctum existimamus
cum ignorans sit) sed reipsâ in
Domino DEO inveniri, in qua
inventâ fuit, & aternum invenitur
vera Sapiencia.

Secundo considera, illam ipsam
perfectionem, Ex: gr: Sapiencia
ita in DEO esse, ut omnimode
finita sit, simulque ipsa sola infinitis
prærogativis cuiuscunque
omnium creaturarum existentium
futurarum, & possibilium Sapiencia
tiam infinito intervallo antecedit
ita ut omnis creata & creanda
Sapiencia in nullo comparari

fit cum infinita sapientissimi DEI
nostri Sapientia..

Tertio considera hanc eandem
perfectionem Sapientiae Ex: gr:
omnem in se continere infinitatem,
qua vera DEI Sapientia conve-
nire potest, non solum extensivam,
cum per illam cognoscat omne cog-
noscibile, sed etiam intensivam,
consistentem in modo cognoscendi,
comprehendendo omnia infinita cu
distinctione, claritate, eminentia,
&c.

Quarto considera perfectionem
illam non esse unicam in Domino
Deo, licet infinita sit & superper-
fectissima sed tanquam individuas
comites sibi conjunctas habere in-
finitas alias perfectiones (& ipsas
quoq;

quoque infinite perfectas) Pulchritudinis videlicet, Bonitatis, Opulentia & c. que illam longè admirabiliorem reddunt, sicuti adamas vnà cum alyis margaritis, pyropis smaragdus & c. corone aurea infertus nescio quàm nobiliorem speciem & valorem contrahit.

Quintò considera, impossibile esse, ut cum perfectione DEI infinite perfecta permixta sit vel possit in DEO nostro vel minimo imperfectioni; neque prædictæ perfectioni per omnem æternitatem superaddi poterit, aut auferri aliquid quod bonum.

Sextò considera hanc perfectionem Er: gr: Sapientia, in DEO tantam esse, ut ab illa omnis sapientia

entia creata quoad existentiam
 & conservationem dependeat, &
 à divina ipsius maiestate omnibus
 creaturis communicetur quovis
 momento, absq; eo, quòd ipse Deus
 à nullo dependeat. Quod Exempla
 causà modò de attributo Sapien-
 tia dictum est, applica alijs singu-
 lis attributis & perfectionibus ip-
 sius DEI, ut Pulchritudinis, Di-
 vitiarum Abundantia, Gaudij,
 Beatitudinis &c.

Septimò, ad cognoscendas &
 parvi estimandas proprietates, eti-
 am bonas, creaturarũ & in crea-
 turis, considerare poteris, quod-
 cunq; ipsorum sive anima sive cor-
 poris bonum, quod in ipsis reperi-
 tur, sex habere circumstantias su-

L

pra-

præpositis sex considerationibus in
 Domino Deo oppositas, quarum
 prima est: bonum illud creatura-
 rum non esse omni ex parte verum
 ac reale bonum. Secundo, illud
 ipsum esse limitatum & exiguum.
 Tertio, conjunctum esse cum defectu
 requisita cuiusdam qualitatis.
 Quarto, non gaudere consortio
 aliarum corporis aut anime per-
 fectionum. Quinto, multis cum
 imperfectionibus utriusque esse con-
 junctum. Sexto, omnino depen-
 dens esse à DEO, & modico tem-
 pore durare.

Secunda praxis est, Percurre-
 re recitando supra posita nomina
 Dei, vel omnia vel ex parte
 unum, eo ferè modo, quo in litania
 nomina

nomina Sanctorum aut B. Vir-
ginis recitantur, subjungendo scilicet
post cuiusvis pronuntiationem
affectum aliquem vel plures per-
fectioni illi Domini DEI conveni-
entes, sive sit actus Congratulatio-
nis, sive Adorationis, Laudis, Be-
nedictionis, quales affectus pro sin-
gulis supra positis attributis val-
de congrui sunt; vel Gratiarum
actionis pro attributis tertiae &
quarta classis; vel Petitionis, que
etiam post quamvis supra dictorum
nominum pronuntiationem sub-
iungi poterit; & ita cum propor-
tione alij quoque affectus adhiberi
poterunt. Ex. gr. ad primum
& secundum attributum.

O Mi D E V S, Actus puriss. Do
 me, cui nulla deest, sed Do
 inest omnis perfectio! Te lau- ser
 do, amo, & benedico & in tan- om
 tâ tuâ perfectione complacco- tia
 mihi. Supplex te rogo, illam C
 mihi concedas maiorem per- tu
 fectionem, quæ ad te amari fin
 dum & imitandum mihi ne-
 cessaria est. Amen. cha

O Beatissime DEVS, tua m gra
 delectat beatitudo, quæ mi
 totum Paradisum beatificat, q su
 mihi gratiam, ut Te in tua be- ci
 titudine intueri valeam. A
 men. A

O Mi Domine, Creator & m
 Conservator, essentia D
 mea omniumq; creaturarum to
 laud

laudo te, adoro, & amo te, ut
Dominum Creatorem & Con-
servatorem meum, & nomine
omniū Creaturarum tibi gra-
tias ago.

O DEVS, amice mi fidelissi-
me, benedicatur, laude-
tur, & in æternū ametur in-
finita tua charitas, quæ te adeò
charum nobis effecit amicum,
gratias tibi ago, O Domine,
mi, & pro verà charitate tibi
supplico, quâ fidelissimæ ami-
citiæ tuæ respondere possim.
Amen.

*Tali modo percurrere poteris
memorata Nomina & Attributa
DEI, multâ cum varietate devo-
torum & valde utilium affectum;*

L 3

⊕

& serviet hæc praxis pro optimâ
 aliqua oratione, contemplatione,
 sicut & locò preparationis ad mis-
 sam, & sacram Communionem, &
 locò gratiarum actionis pro illis,
 utilis præterea erit ad suaviter ac
 faciliter conversandum (etiam
 tempore distractionum, aridita-
 tum spiritualium, & tentationum)
 cum DEO tuo, si successivè dicta
 attributa ex isto libello legeris,
 congruum aliquem, ut supra in-
 sinuavi, affectum adiungendo, quod
 pro libitu tuo variare poteris. Ne
 dubites, quin optatum devotionis
 fructum reportaturus sis. Atque
 adeò ut facilius tibi reddatur simili-
 lium affectuum usus, sequens va-
 riorum affectuum Alphabetum
 tibi

tibi subministro, quos conformi-
ter superiori praxi & in omni alio
exercitio spirituali Orationis,
Meditationis, Contemplationis,
Lectiois, Missae Communionis
&c. exercere poteris.

ALPHABETUM

Variorum affectuum sub exer-
citiis spiritualibus exercen-
dorum.

- A. Adoratio, Admiratio, Amor.
- B. Benedictio.
- C. Confessio, Confusio, Consecratio huc oblatio sui, Contritio, Compassio.
- D. Dedicatio sui, Delectatio, Desiderium, Donatio.
- E. Eleemosyna Spiritualis. Exaltatio, Exultatio.
- L 4 F. Fides.